



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Eisdem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

ABRATI DE PIGVAVIA
Mersburgensis dioecesis, & Preposito
Magdeburgensi.

Epist. 70.
Adversus Episcopum Hildesemensem.

Si utile ac sincerum membrum Ecclesie... dictus Hildesemensis Episcopus extitisset, & voluisset prudenter advertere quod praefatus ab ore ramus beneficium radicis amitteret, non solum in devium excommunicati & reprobi non declinasset Ottonis, sed adhuc in unitate ac devotione fideliter Ecclesie Romana perstiteret, quae disponente Domino mater est omnium fidelium & magistra. Verum cum adversus eandem calcaneum presumptuofus exixerit, non intelligens quod bestia, si montem tergerit, lapidabitur, & durum est contra stimulum calcitrare, nec se magistrum per opera exhibet, nec discipulum recognoscit. Et quidem si vitium ingratiitudinis in eo beneficiorum nostrorum non abolevit memoriam, licet timorem amiserit, forte reverentiam conservasset. Sed utrumque, sicut perpendimus, amissio dinocitur, cum nec timoris indicia nec alicuius devotionis scintilla remansisse videatur in ipso. Pro sua enim rebellione ac inobedientia, sicut accepimus, primò suspensus, ac deinde vinculo excommunicationis astrictus, publicè divina præsumpsit officia celebrare, oleum sacrum & chrisma conficiens, aliaque sacramenta Ecclesie temerarius administrans. Et quasi haec non sufficerent ad injuriam & offendam, non sine contemptu sedis apostolicæ ad curiam Ottonis accessit, in iudiciis & aliis Episcopus excommunicato communicans quem laicorum pars potior evitabat. Cum eodem etiam Ottonem contra nobilem virum Lantcravum Turingiae & Albertum Comitem de Hevelen devotos & fideles Ecclesie per suos cum exercitu, ac si hoc deceret Episcopum, infurrit, & non sine ridiculo, qui de pastoribus habebatur, lupum inducebat in oves quas Petri concludebat ovile, dum eo impugnante per suos, pro excommunicato predicto, terras nobilium præfatorum, multi fuerint interempti pro Ecclesie libertate, quam ancillare assistendo* tyranno talis Episcopus nitiebatur. Et quasi haec non sufficerent ad injuriam & offendam, non sine contemptu sedis apostolicæ ad curiam Ottonis accessit, in iudiciis & aliis Episcopus excommunicato comunicans quem laicorum pars potior evitabat. Ut autem Romanam Ecclesiam factus hostis agnoscat &c. ut supra usque in finem. Datum Laterani vii. Idus Iunij, pontificatus nostri anno sextodecimo.

* Vide lib. 14.
epist. 126.

Hildesemensis Ecclesie perpetuo amoventes, faciat eidem Ecclesie de persona idonea & Ecclesie Romana plenè devota sublato cuiuslibet contradictionis & appellationis obstatculo per electionem canoniam provideri; contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescentes. Tu denique, fili Abbas, super te ipso &c. Datum Laterani v. Idus Iunij, pontificatus nostri anno sextodecimo.

E I S D E M.

Si utile ac sincerum membrum Ecclesie... dictus Halberstadiensis Episcopus extitisset &c. ut supra in eandem modum usque scintilla remansisse videatur in ipso. Pro sua enim inobedientia & rebellione, sicut accepimus, primò suspensus, ac deinde vinculo excommunicationis astrictus, publicè divina præsumpsit officia celebrare, oleum sacrum & chrisma conficiens, aliaque sacramenta Ecclesie temerarius administrans. Et quasi haec non sufficerent ad injuriam & offendam, non sine contemptu sedis apostolicæ ad curiam Ottonis accessit, in iudiciis & aliis Episcopus excommunicato communicans quem laicorum pars potior evitabat. Cum eodem etiam Ottonem contra nobilem virum Lantcravum Turingiae, devotum & fidelem Ecclesie, intrepidus cum exercitu, ac si hoc deceret Episcopum, infurrit, & non sine ridiculo, qui de pastoribus habebatur, lupum inducebat in oves quas Petri concludebat ovile, dum eo impugnante cum excommunicato predicto caltrum quod Wrcen vocatur & terram nobilis memoria, multi fuerint interempti pro Ecclesie libertate, quam ancillare assistendo tyranno talis Episcopus nitiebatur. Ut autem Romanam Ecclesiam factus hostis agnoscat &c. ut supra usque in finem. Datum Laterani vii. Idus Iunij, pontificatus nostri anno sextodecimo.

Epist. 71.
Adversus Episcopum Halberstadiensem.

P R A E P O S I T O E T C A P I T V L O
Brivatenib[us].

Cum olim causam quæ inter vos ex parte una & venerabilem fratrem nostrum Claromontensem Episcopum ex altera super Ecclesie villa Brivatenis & sancti Ferreoli & sancti Germani & de Baiassa & de Brassac & de Paulac & de Bellomonte, quas idem ad se dioeciana lege spectare dicebat, & vos eas legitime prescripsisse, Cafæ-Dei, Bellaequæ, ac Novemfontum Abbatibus sub certa

Epist. 72.
Decidit item
quam ipsi ha-
babant cum E-
piscopo Claro-
montensi.
Vide lib. 11.
epist. 125. 118.